

L. N. 7.

THESES MISCELLANÆ,

Quas,

Cons. Ampl. Fac. Phil. in Reg. Acad. Aboëns.

Sub MODERAMINE

HENRICI HASSEL,

Eloquent. PROFESS. Reg. & Ordin.

RECT. h. t. MAGNIF.

Publico bonorum examini subicit

PRO GRADU

STIPENDIARIUS REGIUS

LAURENTIUS TROLLE

OSTRO-GOTHUS

Ad diem *xxviii* Junii A:o MDCCXLV.

L. H. S.

ABOË, Excud. JOH. KIÆMPE, Reg. Acad. Typ.

THESES
MISCELLANEA

CONF. NATH. FAC. PUBL. IN REG. NATH. FAC. PUBL.
SUB. MODERATA
HENRICH HASSER
PROFESSOR PUBL. REG. & ORDIN.
RECT. FAC. MAGNIFICENTIAE
PUBL. FAC. PUBL. REG. & ORDIN.
PRO GRADU
SUSCIPITUR REGIUM
LAURENTIUS FERDINANDUS
OSTRO-GERMANIAE
AD DIEM 10. JUNII A. MDCCCXXV.
1825

ADUM. EXACT. JOH. KREMER, REG. ACAD. TYP.



Thef. I.

UT hominem quemvis, ita Principem quam maxime decet candor & veracitas; ut in pactis & pollicitationibus verbis utatur claris & haud ambiguis, neque decipiat illos, quibuscum paciscitur.

Thef. II.

Oportandum, ut in tota civitate vigeat una eademque vera religio, quippe qua nullum datur firmitus concordiae vinculum; sed si causae praegnantibus id requirant, diversas tolerare religiones, salva conscientia potest Princeps.

Thef. III.

Generalis lex est: Ne occidas; nihilominus in casu necessitatis inuasorem licite interfici posse, jus naturae dicitur.

Thef. IV.

AB effectu ad causam vera est scala, qua ad cognitionem Dei naturalem ascendimus.

Thef. V.

Non assentiri possumus Puffendorffio, qui dicit: actionem metu mali, ab alio intentati extortam, agenti non magis imputari posse, quam gladio & securi eadem.

Thef. VI.

Sæpe commutantur cum temporibus hominum conditiones, ut non sit consultum, immo nec cum justitiæ fundamento conveniens, promissa perfici.

Thefis VII.

Nihil est æternum, præterquam quod vere infinitum est; hinc & historiæ profanæ omnia referunt ad certum aliquod initium.

Thef. VIII.

Mythologia antiqua partim veritates historicas, partim morales, partim naturales continet.

Thef. IX.

Totum terrarum orbem ab uno monarca regi impossibile est.

Thef. X.

Sollicita nimis diætæ cura, plus obest quam prodest sanitati.

Thef.

Thef. XI.

COgnitio historiarum omnibus quidem est utilis, imprimis vero illis, qui in republica administranda versantur.

Thef. XII.

Duellum licitum est, dum quis nomine totius exercitus in arenam cum provocante descendit. Tali modo multorum hominum langvini parci potest.

Thef. XIII.

IN casu, quo quis Reipublicæ valde utilis, pœnæ capitali obnoxius fuerit, recte exerceri potest jus aggratiandi.

Thef. XIV.

CUM vires nostræ limitatæ, non permittant, ut in omnibus excellamus, vitæ genus, cui aptissimi sumus, mature eligendum est.

Thef. XV.

Matrimonia clandestina, quum noxios facile possint producere effectus, recte prohibentur.

Thef. XVI.

Nullam disciplinam Philosophicam Ethicâ magis necessariam aut majori studio excolendam esse, statuimus.

Thef.

Falsiloquium non ira est peccatum, ut in nullo casu sit licitum. Sic ad vitam, pudicitiam & famam servandam, vel ad grande aliquod malum evitandum, eodem uti concessum esse putamus.

Thef. XVIII.

Qui vitæ necessaria sibi comparare possunt, sed per ignaviam nolunt, hi non gratuita beneficentia sustentari, verum ad laborem compelli debent.

Thef. XIX.

Ignorantiam & falsam doctrinam ad atheismum viam pandere asserimus.

Thef. XX.

Eleemosynæ, quæ pro scopo gloriam datoris habent, materialiter bonæ, sed formaliter malæ judicandæ sunt.

Thef. XXI.

Usuras modicas illætâ conscientia accipere & potcere fas est.

Thef. XXII.

Brutorum animantium actiones ex instinctu quodam naturali fiunt.

Thef. XXIII.

Qui Principem eligunt, in ordine ad illum ut in statu naturali spectantur, quamdiu eundem legibus fundamentalibus obstringunt.

Thef. XXIV.

Heresis, quæ salutem publicam per se non lætatur, vel cui seditio adversus magistratum non accedit, capitali supplicio non est puniendæ.

Thef. XXV.

Lex non obligat illos, quibus non est promulgata.

Thef. XXVI.

Sensibus non semper est fidendum, quippe qui læpissime nos fallant.

Thef. XXVII.

Luminis velocitas tanta est, ut eam, cum nullo alio nobis noto motu queamus comparare.

Thef. XXVIII.

Præter Deum, nullum agnoscunt superiorem, qui in statu versantur naturali, neque dicere possumus, a natura eos ad statum civilem trahi; quam homo libertatis amantissimus, nisi alia urgeret necessitas, ex proprio potius, quam alieno arbitrio viveret.

Thef.

Thef. XXIX.

Carnes humanas comedere extra casum necessitatis, contra naturam est.

Thef. XXX.

Quo nobilius objectum fuerit, in quod peccatum commissum est, eo gravius censendum erit delictum.

Thef. XXXI.

Ex observationibus mathematicis, haud ita pridem institutis, extra controversiam positum est, terram circa polos, magis quam sub æquatore esse depressam.

Thef. XXXII.

Actio debita, non potest esse meritoria proprie sic dicta.

Thef. XXXIII.

Tanta lux Philosophiæ, præsertim in scientia naturali nunc orta est, quanta ante seculum, & quod excurrit, vix poterat sperari.

S. D. G.

